



17  
\*

1.

2.

3.

4.



1779.

\*

1. Ackermannius: Rhapsodiae supplementa. Programma,  
quo ordinarius senior ceterisque fac. jur. auctores  
memoriam Ackermannianam indicunt.
2. Pahlus, Christianus Fredericus: Rhapsodiae sup-  
plementa. Programma, quo ordinarius senior  
et reliqui doctores fac. jur. Lips. solennia  
doctoralia Christiani Frederici Pahlis et  
Christiani Gottfriedi Koenneri indicunt.
3. Myconius, Fredericus: Rector Lips. memoriam  
institutionis pristini sacrorum status per In-  
thesum factae ... pie ... celebrandam  
indicit.
4. Bauer, Henr. Gottfriedo, fac. jur. procurator illius:  
Formulam, qua pecunia, dotabilium servitus,  
vidua mortua, in feudum ad filios reverti ju-  
betur, filiorum communem non inferre. Programma,  
quo solennia doctoralia Christiani Gulabii Hey-  
manni indicunt.

1779.

5. Beckius, Christianus Thun : Specimen Historiae  
Bibliothecarum Alexandrinarum.
6. Binerus, Christianus Gualter : De restitutione legum  
integrum.
7. Binerus, Christianus Gualter : De territorio imbatto  
no superioritatis territorialis aemulo.
8. Breuning, Christianus Henr. : Anis mortuo nullis  
hereditas relicta emphyteuta in emphyteusi  
succedat?
9. Breuning, Christianus Henr. : De successione  
legitimati per rescriptum principis, si con-  
trahat cum antea legitimati per subse-  
quens matrimonium in hereditate paterna.
10. Breuning, Christianus Henr. : De veritate eorum  
que jure.

1779.

11. Breuning, Christianus Hen: De rei vindicatione  
contra fictum possessorem.
12. Breuning, Christianus Hen: De effectibus donativi  
ex traditione rei immobilis extra iudiciali.
13. Breuning, Christianus Hen: An hypotheca licita  
in bonis alienis fratrum fieri praestita cautione  
pecuniaria cesset?
14. Breuning, Christianus Hen: An promissio de  
legato relinquendo ius alteri tribuat?
15. Breuning, Christianus Hen: Veratione usurarum  
in conditione ex l. 2. p. de rescind. venditiones
16. Breuning, Christianus Hen: De utroque dotis legato  
non contracto matrimonio.
17. Breuning, Christianus Hen: De quibusdam capitibus  
iuris civilis male non receptis.
18. Breuning, Christianus Hen: De conditionis venditionis condi-  
tionatae iure conditione non impleta.

- 1779.
19. Breuning, Christianus Mer: An emptor fundi locati  
obligari possit conductori, ne eum expellat?
20. Breuning, Christianus Mer: An filius pateris  
mortis causa bonae possit utique patris con-  
suetum in pecunia adventitia irregulari.
21. Breuning, Christianus Mer: De obligatione  
cautionis venditoris, cui adjectum pactum  
aditionis in diem, sub conditione suspensiva  
si melior conditio non offeratur.
27. Breuning, Christianus Mer: De natura actionum  
contrariasum.
23. Linertus, Christ. Grollub: De accessis.
24. Linertus, Christianus Grollub: Fragmenta obser-  
vationum ad veterem legem Saxonum.
25. Linertus, Christ Grollub: De immunitate feudali  
non ecclesiasticorum & titulis.

26. Franckius, Christophorus Benediclus: De sono et tunc.

27. Hommel, Anton Ferdinandus, Socius juris. prorektor  
cellarius: Rhapsodiae supplementa. Programma,  
quo solennia doctoralia Urbani Gottliebii  
Mikeneri indicit.

*[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely German, covering the majority of the page. The text is too light to transcribe accurately.]*













1779/1.

MEMORIAM  
A K E R M A N N I A M

IN AVDITORIO PETRINO

DIE VIII. FEBR. HORA IX. RECOLENDAM

I N D I C V N T

ORDINARIVS  
SENIOR CAETERIQUE FACVLTATIS  
IVRIDICAE ASSESSORES

---

*Rhapsodiae Supplementa.*

---

LIPSI AE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

1 7 7 9.

MEMORIAM  
A K E R M A N N I A M  
IN AUDITORIO PETRINO

DEL VIII. FEBR. HORAE IN REGOLENDAM

INDICENT

ORDINARIUS  
SENIOR CAETERIQUE FACULTATIS

IRIDICAE ASSessorES

Rechtliche Zusammenfassung

LEITUNG  
VON  
1777



## OBSERVATIO DCCV.

*Paries meus casu mere fortuito prolapsus cadendo vicini porcum oppressit; Etiam si ego lapides noxae non dederim, tamen haud cogar aestimationem porci praestare.*

**I**n aestatibus duabus continenter pluiviosis, adeoque mera vi divina accidit, ut paries meus aqua arrosus et labefactus subito concideret, me atque vicino meo nihil tale cogitante. Nam si vitiosus fuisset antea, aut vicinus monuisset, nec refecissem, quaestio, quam in rubrica proposui, fere foret Domitiana, utpote iam dudum in titulis de damno infecto decisa. Sed, ut dixi, mero casu et forte fortuito id contigerat. Petitor reparationem damni postulans dixerit fortasse: rem eodem modo se habere, quam si quadrupes sine mea culpa pauperiem fecisset. *L. 1. §. 14. ff. si quadrup. Speculum Sax. lib. 2. art. 40.* Itaque quoniam lapides receperim nec noxae obrulerim, me praecise ad damni aestimationem teneri. Sed non

sunt hic iura sibi conformia, quia huic petitoris pulcherrimae caeteroquin philosophiae obstant leges clarissimae *L. 24. §. 3. et 4. et L. 24. §. 10. ff. de damn. infecto.* Itaque regulae vi ventorum deiectae si fenestras vicini fregerint aut terrae motu turris euerſa sit, nihil praestabo. Si autem culpa vel minima domini interceſſerit v. c. si admonitus non referit, definit casus esse. Nam casus, quem praecessit culpa, casus non est. *L. 18. princ. ff. commodat.*

## OBSERVATIO DCCVI.

*Legitimantur stupro concepti non solum per subsequens matrimonium, verum etiam per subsequuta sponsalia.*

**H**ierologia sero in Germaniam venit. GUNDLINGIANA  
*P. 3. num. 10.* Recepta tandem ea, tamen ideo haud  
 sublatis effectus, quos ex iure civili et Germanico consensus  
 matrimonialis ab antiquis temporibus habuit, PEREZ *ad Cod.*  
*tit. de nupt. n. 12.* Vnde plus tribuitur sponsalibus et thalami  
 consensu, quam huic mere ecclesiasticae solemnitati. EISENHARDT  
*Inst. Iur. Germ. lib. 1. tit. 12. §. 8.* Extat in Saxonia  
 lex peculiaris de successione liberorum post sponsalia publica,  
 sed ante hierologiam, genitorum, nempe, *Decis. El. 49.* qua  
 perfecta apparare quidem possit, legem tantum tolerare con-  
 cubi-



cubitum *desponsatorum*, adeo ab hereditate excludere eos, qui ANTE sponsalia concepti sunt, licet sponsalia postea fuerint se-  
 cuta. Haec opinio, quamquam verbis laudatae legis Saxo-  
 nicæ satis conueniat, et videatur probari a STRYKIO de *Suc-  
 cess. ab Intest. diff. 1. c. 3. §. 27.* STRVV c. 9. th. 3. n. 13. CARPZ.  
 P. 3. c. 14. def. 12. vt scilicet POST sponsalia demum concepti  
 pro legitimis habeantur, tamen praxis est in contrarium, et  
 admittuntur tam in allodio, quam in feodo, etiam qui ante  
 sponsalia concepti sunt, modo sponsalia deinde subsequantur.  
*Berger. Oec. Iur. lib. 1. tit. 3. th. 13. n. 5. Edit. Winkleri.* Nam  
 si benedictio sacerdotalis in legitimatis per subsequens matri-  
 monium per fictionem iuris retrahitur ad tempus concu-  
 bitus, cur non multo magis sponsalia videantur digna retro-  
 trahi, quæ multo propius essentialia matrimonii attingunt, quam  
 illa superflua hierologiae solennitas? Non solum ergo commu-  
 nis opinio et recepta, sponsam carnaliter cognitam pro legitima  
 vxore habendam esse, immo vt MYMSINGER *Cent. 6. Obs. 78.*  
 et GAIL *lib. 2. Obs. 80.* statuunt, sponsam etiam non carnali-  
 ter cognitam iura vxoris habere, quia inter sponsalia de praesen-  
 ti et ipsum matrimonium, nihil interest: sed et nostrum colle-  
 gium illud etiam maius respondit, nempe vt etiam stupro conce-  
 ptus, sed a desponsata deinde natus, licet sacerdotalis benedictio  
 non accesserit, iusta sit soboles, et in patria potestate consti-  
 tuatur, et suus heres patri existat morienti. Extra Saxoniam  
 quoque MEVIUS P. 2. *Decis. 81.* exemplum profert stupratae,  
 3  
 quæ,

quae, postquam grauida facta esset, demum stupratori desponsabatur, de qua re ita philosophatur: *Quemadmodum liberi, qui ex desponsatorum coitu nascuntur, etsi non subsequatur benedictio sacerdotalis, non eo minus legitimi sunt, ita qui ex solutis procreantur, quando hi postea sponsalia de praesenti contrahunt, non possunt non censerī legitimi, cum haec sponsalia pro*  
 4 *vero matrimonio habeantur.* Huic ego vsuali interpretationi, vt scandala minuantur et ob fauorem filiationis, facile subscribo, probe memor, iure Romano *princ. Inst. de ingen.* etiam eum, cuius mater tempore conceptionis, vel partus, vel intermedio, dum vterum gessit, tempore, etiam vnico momento libera fuit, ingenuum nasci. Propositam nobis quaestionem extra dubitationis aleam ponit lex Iustiniani *L. II. C. de natural. liber.* vbi egregie Imperator: *Generaliter definimus et definitione certa concludimus, vt semper in huiusmodi quaestionibus, in quibus de statu liberorum est dubitatio, non conceptionis, sed partus tempus inspiciatur.* Adde ea, quae superius in *Obs. CCCXLIII* tetigimus. Tandem nec praetereundum est, STRYKIVM de *Suc. ab Intest. diff. 4. c. 7. §. 8.* et BERGERVM *Oec. lib. 2. tit. 4. th. 42. not. 2.* hanc ecclesiasticam hierologiae solenitatem adeo vilipendere, vt etiam sponso sponsaevae ex edicto vnde vir et vxor successionem afferant, quibus tunc demum ad stipulor, si concubitus accesserit, per quem iure Germanico coniugium consummatur (*Obs. CCCCLXXII.*) Sed Carpzonius his obvertit Constitutionem Elect. 19. P. 3. quae tamen huc non quadrat,

drat, et iis tantum matrimonii iura denegat, qui nondum per concubitum vna caro facti, quia sub verbis ibi obuenientibus *Beylager und das Bette beschritten*, carnalis commixtio intelligenda (*Obf. CCCCLXX.*) Hic autem concubitus ad tempus sponsalium retrahendus, vt supra diximus.

*Sed diutius haud differenda mentio orationis anniversariae in memoriam mercatoris honestissimi, Iohannis Siegfriedi Akermanni, qui suasu et instigatione b. Ferdinandi Augusti Hommeli Professoris et Facultatis Assessoris, quem Ordinarius noster patrem veneratus est, quemque patronus ille noster Akermannus heredem in testamento scripserat, mille Imperiales legauit, vt vsurae studioso litterarum neque tamen alii, quam Assessoris Facultatis Iuridicae filio; sique talis non esset, Scabini; aut hoc deficiente, Senatoris; ultimo tandem loco et in subsidium ciuis Lipsiensis filio, quotannis ad incitamentum virtutis et diligentiae soluerentur. Hanc liberalitatem die VIII. Februarii, qui lunae est, Hora IX. in auditorio nostro praedicabit humanissimus atque doctissimus*

## ERNESTVS GVILIELMVS KÜSTNER

IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREVS

*Collegae quondam nostri meritissimi, nunc Consulis magnifici, vnicus filius atque simul quosdam ex iuris materia de tute-*

tutela fructuaria flores interseret. Nos vero Rectorem Academiae Magnificum, illustrissimos comites, caeterosque nostrae vniuersitatis et urbis proceres, nec non generosissimos nobilissimosque ciues reuerenter et studiose rogamus, vt adesse et declamationem, quam diximus, audire velint, quam benevolentiam mutuo amore et quibuscumque decet officiis vicissim demereri studebimus.

P. P. Dominica Sexagesimae MDCCLXXIX.



ERNESTVS GALLIENVS RYSTER

IVIS VTRIVSQVE SACCAE VITIS

Collegio propositum negotii maxime, cum Capitulo magis  
 sit, cuius hinc et hoc fuit quodam ex hinc, magis de

luc

Leipzig, Diss., 1779 A17

ULB Halle

004 583 736

3



86.







1779, 1.

MEMORIAM  
A K E R M A N N I A M

IN AVDITORIO PETRINO

DIE VIII. FEBR. HORA IX. RECOLENDAM

I N D I C V N T

ORDINARIUS  
SENIOR CAETERIQUE FACVLTATIS  
IVRIDICAE ASSESSORES

---

*Rhapsodiae Supplementa.*

---

LIPSI AE  
EX OFFICINA LANGENHEMIA.  
1 7 7 9.

